



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum attributa diuina differa[n]t aliquo modo ex natura  
rei circumscripta omni operatione intellectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio II.

duo de quæstione proposita. Primum est, quod impossibile est esse plures Deos specie differentes. Secundum est, quod impossibile est, quod sint plures Dii, qui sub eadem specie differenti solo numero.

*diss. 3. q. 1.  
et. 4.4.  
q. 3. bnius.*

5 Primum patet duplicitate, primò ex creaturarum ordine sic: quicunque ordinem habent essentialē secundum gradum specificum naturae, ordinantur sub uno secundum speciem, quod est supremum, & perfectissimum in illo ordine: sed quæcunque species substantiarum sunt, vel esse possunt, habent inter se ordinem essentialē secundum gradus specificos naturae: ergo omnes species substantiae que sunt, & esse possunt, ordinantur sub uno secundum speciem, quod est supremum, & perfectissimum inter omnes substantias, & per consequens est perfectissimum simpliciter. Et hoc vocamus Deum: ergo non est nisi unus Deus, sicut secundum speciem. Major patet, quia supposito, quod in gradibus specificis entium sit dare perfectissimum & supremum, ut nunc supponitur, & postea probabitur, & inter omnes species est, secundum gradum perfectionis: necesse est quod in ordine isto determinatur ad unam speciem perfectissimam, in qua sit status. Si enim staretur ex aequo in pluribus, & non in una, illæ plures non haberent inter se ordinem secundum gradum perfectionis naturalis: cuius oppositum assumitur in maiori propositione. Minor probatur, scilicet quæcunque sunt, aut esse possunt, habent inter se ordinem essentialē secundum gradum naturæ (loquendo de speciebus, quia individua sub specie non habent ordinem inter se, nisi tantum per accidentem) hoc autem patet assumendo dictum Philosophi. 8. Metaph. vbi dicit, quæ species rerum sunt sicut numeri. Videlicet autem in speciebus numerorum, quod plures species numerorum nec sunt nec esse possunt quicunque virtute quæque distent ab unitate: sed necessario una diffat medianam alteram, tanquam habentia necessarium ordinem inter se, & ad unitatem: ut patet inducendo in omnibus speciebus numerorum. Denarius & quarternarius non æqualiter distant ab unitate: sed quaternarius mediante ternario: nec potest virtute diuina fieri species numeri, quæ æqualiter cum ternario distet ab unitate, sed necessario plus vel minus, incidendo in ordinem specierum numeri: ergo similiter est in speciebus rerum, quod non sunt plures species, nec esse possunt quicunque virtute, quæque distant a primo, & non habent inter se ordinem: sed necessario ordinantur inter se, secundum gradum naturæ. Itud autem magis pacebit infra dict. 44. Sic ergo patet minor: sequitur conclusio.

6 Secundo patet idem, ex operatione specierum secundum perfectionem maiorem & minorē sic. Illud non est deus, quo est dare aliquid perfectius, quia nomine Dei intelligimus illud, quod est perfectissimum: sed ubi cum sunt duo, quæ specie differunt, unum est altero perfectius (quia impossibile est duas species esse in eodem gradu perfectionis, ut iā dictum est:) ergo illud alterum non potest esse Deus.

*Idem. 2.6.  
q. 3. bnius.*

7 SECUNDVM patet scilicet quod non possunt esse plures Dii solo numero differentes. Et hoc sic: Omnis natura, quæ est non solù ab alio plurificabilis, sed etiā de se plurificata, non est vna secundum speciem: sed natura diuina non est ab alio plurificabilis effectivè, cū non habeat causam agentem priorē. Et ideo si sit in pluribus, est in eis de se & ex se plurificata: ergo talis natura non est vna secundum speciem in ipsis pluribus. Et ita non differunt solo numero. Minor est manifestus: sed maior probatur. In hoc enim distinguuntur natura speciei, & natura generis, quia natura speciei potest tota saluari in unico individuo, genus autem non. Et hoc est, quia genus importat pluralitatem naturalium, quæ in uno individuo esse non potest. Natura enim generis est de se plures: propter quod dicitur, "Phy. quod requiuocationes latent in generibus: sed natura speciei de se non est plures, cū posse saluari in unico supposito." Est tamen in aliquibus plurificabilis per actionem agentis iterabile, ut patebit in 2. lib. dict. 3.

8 Item omnis natura, quæ est plurificabilis in multa solo numero differentia, quanti est de se, potest multiplicari in plura, sicut in duo vel tria, imò in infinita, sicut successivè, (sicut experientia docet de omnibus multiplicabilibus in numeris secundum eandem speciem.) Si ergo natura diuina est multiplicabilis secundum numerum, ita ut essent plures Dii sub eadem specie solo numero differentes: se-

## & Quæstio. I.

queretur, quod possint esse non solù duo Dii, sed quodcumque. Et quia quicquid est possibile in natura diuina, totū est in ea necessariō, quia ipsa est necesse esse: ideo sequeretur, quod essent Dii infiniti, non solù potentia, sed in actu: quia in ea nihil est possibile, quod non sit in actu. Hoc autem est impossibile: ergo & illud, ex quo sequitur scilicet, quod natura diuina sit plurificabilis in multa solo numero differentia. Sic ergo patet, quod non possunt esse dii specie differentes, aut solo numero. ergo modo.

9 Ad primum argumentum, cum dicatur, quod magis & minus tale dicuntur, &c. dicendum est, quod hęc habet solū veritatem in effectibus positiviis, non autē in priuatiis. Cuius ratio est, quia vnuquodque reducitur in causam suam, sicut ab ea procedit. Effectus autē positivus habent causam positivam, & positivū influentem. & ideo positivū reducuntur in eam. Et propter hoc, vbi est magis & minus positivū dictum, oportet dare aliquid summū tale. Priuatiū autē non habent causam positivam, & positivū influentem, sed magis deficiente, & ideo non reducuntur in causam positivū influentē, ita ut sit aliquid summū priuatiū, quod sua influentia causet alia priuatiū. Sed reduntur in causam positivam, non à qua sicut per se, sed quae potuit deficere, & deficit. Et ideo malum cōm̄ dicat priuationem, non arguit, esse aliquod summū malū, à quo causetur, sed tamen arguit, esset bonum, quod possit plus vel minus deficere.

10 Ad secundum, cūm dicatur, quod illud quod est perfectionis in creaturis, debet Deo attribui, dicendū, quod verum est, sed intelligendū est, quod naturam nō reperi in pluribus suppositis, est perfectionis: plurificari autē in eis, est imperfectionis. Primum enim arguit illimitationē: secundum autem arguit limitationē. Et similiter arguit imperfectionem & limitationem, habere ex alio entitatem, ut argumentum fuit in positione: tollamus ergo, quod est imperfectionis, scilicet naturam plurificari, & remanet id, quod est perfectionis, scilicet naturam inueniri in pluribus suppositis, & hoc attribuendū est diuinis, & vere attributum.

## QVAESTIO SECUNDA.

Vtrum attributa diuina aliquo modo  
differant ex natura rei.

*Scot. d. 3. q. 3. Nympha. 12. Metaph. q. 1. Henr. Quodl. 5. q. 1. & Quodl. 15. q. 1. vide Quodl. 7. q. 1.*

Circa distinctionem attributorum queruntur duo.

Primum est, vtrum attributa diuina differant aliquo modo ex natura rei, circumscripta omni operatione intellectus. Secundum est, vtrum aliquis intellectus creatus, vel inveniens possit concipere distinctionē attributorum diuinorum absq; omni comparatione ad creaturas.

1 Ad primum sic procedit: & arguitur, quod attributa differunt in Deo ex natura rei, circumscripta omni operatione intellectus. Primum sicut iustitia & sapientia in Deo, aut signant ens rationis, aut ens reale, aut aggregatum ex animalibus. Non ens rationis tantum: quia rale cum sit ens distinctum, non dicit aliquam perfectionem simpliciter, quemadmodū iustitia, & sapientia. Nec dicit aggregatum ex ambobus: quia tunc conceperit iustitiam non esse unum, quod est falsum: ergo dicunt ens realis. Si ergo nulla est differencia inter ista ex parte rei, sequitur quod sapientia & iustitia habent penitus idem signatum formale, & sic erunt synonyma, hoc autem est fallum, ergo necesse est, quod differant aliquo modo ex natura rei.

2 Item, Deus cognoscit ista attributa distincte cognitione intuitiva: sed illud quod conuenit rebus secundum rationem intelligendi tantum, non cognoscitur cognitione intuitiva: ergo distinctionē istorum non est secundum rationem intelligendi tantum. Probatur maior: quia ad cognitionem Dei beatificam pertinet ista cognoscere distinctionē: sed cognitione Dei beatifica est intuitiva, quia cognitio intuitiva est perfectior omni alia cognitione: cognitio autem beatifica debet esse perfectissima: ergo, &c. Probatur minor, quia illud quod conuenit rei secundum rationem intelligendi tantum, non conuenit ei in existentia sua reali: sed cognitione intuitiva non terminatur nisi ad existens, ut existens in rerum natura: ergo, &c.

3 Item, Deus realiter intelligit, seu cognoscit mala fieri:

C sed

Magistri Durandi de

sed nō vult mala fieri: ergo intelligere, & velle in Deo nō  
tum penitus idem ex natura rei: ergo aliquo modo diffe-  
runt ex natura rei. & idem videtur de aliis attributis.

4 IN C O N T R A R I V M arguitur: quia quae diffe-  
runt ex natura rei, circumscripro omni actu intelligendi,  
differunt realiter: sed nullus inquam dixit, quod attributa  
ta differant in Deo realiter: ergo non differunt ex natura  
rei, circumscripro omni actu intelligendi.

5 R E S P O N S I O. Circa quæstionē istam primō po-  
netur quæda opinio, quam non credo verae. Et secundō,  
ponendo oppositū, respōdebitur ad rationes primę op-  
inoris. Quantum ad primū, dicunt quidam, q̄ attributa  
diuina differunt formaliter, & quidditatue ex natura rei,  
ante omnē operationē intellectus. Et ita differentia nō  
est realis, cum omnia attributa sint una res simplicissima:  
nec est secundū rationem tantū, cūm præcedat omnē ope-  
rationem intellectus: sed eft media inter utramq; & voca-  
tur ab eis differentia formalis. Confirmatur autem hæc  
opinio quatuor rationibus. Prima talis eft: quæ differunt  
diffinitione, differunt formaliter & quidditatue ex natura  
rei, quia diffinitione indicat quid eft res: sed attributa, pura  
sapientia, bonitas, differunt diffinitione: (Si enim diffini-  
tetur, alia diffinitione daretur de sapientia, alia de bonitate)  
ergo differunt formaliter, & quidditatue ex natura rei.  
Secunda talis eft: per idem simplex nō potest aliquid con-  
venire cum alio, & differre ab eadē, nisi sit aliquo modo  
dierūfificarum. Sed brutū per eadē & simplicem animā  
essentiam, inquantū eft vegetatiua, conuenit cum planta,  
& inquantū eft sensitīua, differet ab eadē: ergo una & eadē  
essentia animi aliquo modo dierūfificatur: per sensitīuam  
& vegetatiuam: fed nō realiter, ergo formaliter. Et exem-  
plificatur de albedine, quæ inquantū color eft, conuenit  
cum nigredine, & inquantū albedo, differet ab eadē. Cum  
tamen fit una res simpliciter albedo & color: ergo oportet,  
quod differat formaliter saltē. Tertia eft talis: entitas  
& bonitas differunt formaliter, licet sint una res: sed hæc  
differentia nō eft ex parte intellectus, cūm formalis ratio  
obieci præcedat & tunc potentia: entitas autem eft obie-  
ctum intellectus: ergo talis differentia eft ex parte rei.  
Quarta ratio talis eft: illud quod de se eft cōmunicabile,  
differet ex natura rei ab eo quod de se eft incommunicabile: sed  
essentia diuina eft de se cōmunicabilis, paternitas  
incommunicabilis: ergo essentia & paternitas differunt ex  
natura rei, sed non differunt realiter, cūm sint una res, ergo  
formaliter, & idem videatur de attributis.

6 Q.VA N T V M ad secundū dicendum eft, quod hæc  
opinio deficitur duobus: unum eft quia ponit dif-  
ferentiam quandam medianam inter differentiam realem,  
& differentiam rationis. Aliud eft, quod pertinet ad prin-  
cipiale propositum, quia dicunt attributa differre ex natu-  
ra rei, circumscripta omni operatione intellectus. Primum  
pater dupliciter: primo quia vñ & multiplicata, idem &  
differens, sunt p̄siones entis sed nullum ens eft, nec esse  
potest, nisi ens rationis quod habet eft per operationem  
intellectus, vel ens reale, quod nō haber eft per solā ope-  
rationem animæ: ergo nec eft, nec esse potest identitas, vel  
differentia, nisi realis, vel secundū rationem. Secundo,  
quia quicquid conuenit rei secundū se, & ex eius natura,  
circumscripta omni operatione intellectus, eft verē reale.  
Si ergo in eadē se simpliciter puta diuina vel alia, inuenia-  
tur aliqua differentia ex natura rei, circumscripta omni ope-  
ratione intellectus, oportet quod illa sit realis: quod ipse  
met negat de attributis: ergo in nulla eadem se simplici  
potest ex natura rei aliqua differentia inueniri inter abso-  
luta. Secundū pater dupliciter: primō, quia diffinitione  
indicit quid eft res: ergo q̄: a differunt diffinitione, diffe-  
runt re. Sed attributa diuina secundū illos differunt dif-  
finitione: ergo differunt re: q̄ id est impossibile. Secādo,  
quia nihil plus eft modū in albedine ex natura rei, quām  
si non eft, vel si non posset esse alius colōr. Sed si nō pos-  
set esse alius color, albedo & colōr non differunt forma-  
liter ex natura rei: ergo nec modū.

7 Ad rationes alterius opinionis respondentum eft: ad  
primam dice adim, quod si diff̄irentur bonitas, & sapien-  
tia in cōmuni, alia dāetur diff̄erentia de bonitate, alia de  
sapientia: pro eo quod sub utramq; continentur aliqua, que

Sancto Porciano

differunt realiter. Sed si non eft bonitas aut sapientia,  
nisi in Deo, & diff̄inatur, eadem eft diff̄inutio virtutis:  
& idem eft, si diff̄inatur nūc, prout sunt vnum in Deo,  
quia idem eft quid virtutis.

8 Ad secundam dicendum eft, quod loquendo de con-  
uenientia, & differentia reali, minor eft falta, quia essentia  
anime bruti, inquantum eft sensitīua, & inquantum eft ve-  
getatiua (excludendo potentias partis sensitīua & vege-  
tatiua, quæ realiter inter se differunt) æqualiter conuenit  
& differet ab anima plantæ. Dicimus tamen, q̄ anima bra-  
ti conuenit cum anima plantæ, inquantum eft vegetatiua;  
& differet ab ea, inquantum eft sensitīua, tam ex parte rei,  
quam secundū rationem cōsiderandi. Ex parte rei pro-  
pter potentias quæ potentes vegetatiua bruti plus con-  
uenient cum potentias plantæ, quæ simpliciter sunt vege-  
tatiua, quæ sensitīua potentes eiusdem bruti, quia nūle  
sensitīua sunt in planta: secundū vero rationem confi-  
derandi, quia ex eo quod videmus potentias vegetatiuas  
animæ bruti plus conuenire secundū rem cum potentiis  
plantæ, quam conueniant sensitīua, concipiimus, q̄ anima  
bruti simplex & eadem, (cūus sunt amba potentias) con-  
ueniat cum anima plantæ, inquantum eft vegetatiua, &  
non inquantum eft sensitīua: & tamen, quantum eft pra-  
cē ex parte essentia animæ plantæ, excludendo quad-  
cūq; aliud, & loquendo de ræqualiter, differunt anima  
bruti, inquantum vegetatiua, & inquantum sensitīua, ab  
anima plantæ: quia in essentia animæ bruti nullo modo  
differunt ex parte rei vegetatiuum, & sensitīuum.

9 Ad tertium dicendum, quod entitas & bonitas in eo  
differunt solum secundū rationem, & non ex natu-  
ra rei absoluē. Et cū dicitur, quod formalis ratio obie-  
cti præsupponitur actui potentie, concedatur: & ideo be-  
ne sequitur, quod entitas & bonitas sunt in rebus ante  
omnē operationem intellectus, sed in differentia omnia  
ex natura rei. Differunt autē per intellectum, hoc mo-  
do. Intellectus enim apprehēdens entitatem aliquis rei,  
& videns quod eft alteri conueniens, alteri verō disconve-  
niens, ponit differentiam rationis inter entitatem rei, &  
eius bonitatem, sive conuenientiam: quia res eft ens per  
comparationem ad omnē aliam rem, sed non eft conve-  
niens, vel bona, per comparationem ad omnē aliam rem,  
sed ad aliquam rem tantum: sicut calor in gradu tali, eft  
bonus, & conueniens igni, non tamen manu. Est tamen  
ens respectu cuiuslibet, & tota causa eft, quia denomina-  
tio boni sumitur ex pluribus tanquam respectiva.

10 Ad quartam dicendum, quod nō eft simile de attri-  
butis absolutis inter se, & de essentia respectu paternita-  
tis, vel cuiusceter alterius relationis, quia relatio & essentia  
differunt in diuinis aliquo modo ex natura rei, vt patet  
infrā.

11 Ad rationes principales respondendum eft, quod sa-  
pientia & iustitia non significant ens rationis, nec ens sō  
positionis ex ente reali, & ente rationis: sed significant tan-  
tum ens realē: & illud, quānus sit penitus idem in Deo,  
non tamē in creaturis: in eis aliud realiter eft sapien-  
tia, & aliud iustitia, propter quod iustitia eft, & sapientia,  
prout sumuntur absoluē, non eft idem significatum for-  
male, nec per cōsequens sunt nomina synonyma, cūcūq;  
applicentur: quia a non propter hoc mutant significatum  
sunt formale, quod eft commune his, quæ sunt idem, &  
quæ differunt: & prius quo ad impositiū, respicit ea  
quæ differunt, quānus ea quæ sunt idem: quia impositiū  
nomina conuenientia Deo & creaturis, fuerunt acce-  
pta ex his, quæ conueniunt creaturis: quæ sunt nobis  
prius nota. Si autem plura nomina imponerent ad signifi-  
candum præcē perfectiones absolutes, quæ sunt in  
Deo, & ex ipsis immediate sumeretur illorum nomina  
impositiū, illa eſent synonyma: sed non eft sic in propos-  
ito.

12 Ad secundam rationem dicendum, quod accipiendo  
cognitionem intuitiū pro cognitione tendente imme-  
diacē in rem presentem, secundam eius actualē exis-  
tentiam, sic Deus suam iustitiā, & suam bonitatem (quæ sunt  
realiter id quod ipse) cognoscit intuitiū, sed non disti-  
ctionem eorum: quia non conuenit eis secundū esse realē  
existētia, sed solum secundū rationem. Et cū probatur,  
quod

quod inquit, quia ad cognitionem beatificam, quae est intuitiva, pertinet ista cognoscere distinctionem, seu distinctionem illorum, descendit eis, quod cognitio Dei beatifica est omnia, non sola illorum respectu, quorum dicitur intuitiva, ut est sua essentia, sed omnium creaturarum, entium etiam possibilium, & omnium rationum, quae circa ipsum & creaturas considerari posunt, respectu quorum non dicitur velo modo intuitiva; nec omnem cognitionem beatificam esse intuitivam respectu omnium, nisi respectu principialis obiecti. Et cum dicatur veterius, quod cognitio intuitiva est nobilior abstractiva & ob hoc omnem cognitionem beatificam, tanquam nobilissimam, esse intuitivam: descendit, quod cognitio intuitiva est nobilior, quam abstractiva, excludendo intuitivam, sed cognitio, quae utramque includit, est nobilior, quam altera earum, quae cuncte sunt illa, sicut cognitio Dei est nobilior, quam cognitio creaturae praecise: sed cognitio Dei & creaturae simili est nobilior, quam sola cognitio Dei, ceteris paribus. Cognitio autem beatifica Dei omnia praedita includit, & ideo est perfectissima.

1. Ad terram ratione dicendum, quod ex eo, quod Deus cognoscit mala fieri & non vult mala fieri, non potest concludi, quod cognoscere, & velle, in Deo differunt ex natura rei, quia licet intelligere, & velle, & omnia absoluta, in diuinis important eandem rem penitus indifferenter ex natura rei, & ob hoc verisimiliter de se inveni in predicatione dicente, hoc est hoc, quia intelligere Dei, est suum velle: & econuerso, & id est de omnibus absolutis. Tamen quedam nomina importat illam rem per modum actus nullo modo tendentis in aliud, sicut esse: quodammodo vero per modum actus tendentis vel connotantis aliud, sicut intelligere, & velle, que secundum rationem tendunt in cognitionem, & voluntate, quod potest esse aliud a Deo: quia Deus non solus cognoscit & vult se, sed etiam alia a se. Et ob hoc esse non competit Deus sub illa connotatione, sub qua competit ei intelligere & velle. Non enim est verum dicere, quod Deus sit aliud a se, sicut intelligit & vult alia a se. Et eodem modo, quia omnis actus requirit in obiecto in quo tendit, determinatam rationem: id est nomen importans actuum diuinum, ut teneat in obiectum, non verisimiliter, nisi in illo obiecto inueniatur ratio correspondens illi actu, ut importatur per tale nomen. Et quia perfectio diuina, ut importatur per tale nomen: quod est velle, requirit in obiecto volito rationem boni, quam non requirit necessariamente perfectio, ut importatur per hoc nomen quod est intelligere, non quidem propter aliquam differentiationem, que fit inter ista ex parte rei, sed quia unumquodque praedictorum nominum importat perfectionem diuina secundum quod continet praecipit illum actuum, qui in creaturis importatur per idem non men: idcirco verisimiliter hanc, Deus agnoscat mala fieri, & non hanc, Deus vult mala fieri, quoniam intelligere Dei, & suum velle, nullo modo differentia ex natura rei, ut dictum est, sed solum secundum rationem, quo supposito procedit sequens questione.

## QVAESTIO SECUNDA.

Verum aliquis intellectus possit concipere distinctionem attributorum sine aliqua comparatione ad creaturas.

*Tho. Opus. 9. q. 4. i. &c. 2. Proderis videtur. q. 13. l. par. 1. &c. de potentia. q. 7. 5. 6. c.*

A D secundum sic proceditur.

1. Et arguitur, quod intellectus possit concipere distinctionem attributorum diuinorum, secundum rationem, absque aliqua comparatione ad creaturas: quia sicut ea, que sunt realiter diversa, se habent ad veritatem rationis, ita ea que sunt realiter idem, se habent ad diversitatem rationis. Sed ea, que sunt realiter diversa, ut Sortes, & Platonico, concipi possunt ut unum, secundum rationem speciei; absque aliqua comparatione ad aliquid unum secundum rem: ergo ea, que sunt unum secundum rem, sicut attributa diuina, possunt concipi ut diversa secundum rationem absque comparatione ad ea, que sunt diversa secundum rem, quomodo attributa differunt in creaturis relativis. Item in relativis identitatis aliquid unum secundum rem accipitur, ut plura secundum rationem: quia omnis relatio requirit duo extrema: sed haec acceptio non videtur esse per comparationem

ad aliqua differentiam secundum rem: ergo non oportet differentiam attributorum diuinorum secundum rationem accipi per comparationem ad aliqua differentiam secundum rem: sed pro alio non negatur, quin possit accipi absque comparatione ad creaturas: ergo, &c.

3. Item Deitas & paternitas differunt in diuinis secundum rationem: sed non est per comparationem aliquam ad creaturas: ergo, &c.

4. Item circumscripta omni habitudine Dei ad creaturas, adhuc different in Deo secundum rationem, intelligere & intellectum: ergo & alia attributa. Consequenter paret per simile. Probatio antecedentis: quia stante hypothesi, Pater respicit Filium, & Spiritum sanctum, ut obiectum intellectum, & voluntati: & non respicit, ut intelligere, & velle, quibus formaliter velit, vel intelligat: quia secundum Augustinum est falsa, Pater est sapiens Filius: & tamen hec est vera, Pater est sapiens sapientia celestialis, vel per suum intelligere, seu per sapere: & sic ut videtur, intelligere, & esse intellectum, differunt rationes in diuinis, sine habitudine ad extra. Et idem iudicium videtur de aliis attributis.

5. C O N T R A, sicut se habet ens rationis ad ens reale, ita pluralitas ad pluralitatem, sed omne ens rationis accipitur ab aliquo ente reali: ergo pluralitas rationis habet orton a pluralitate reali: sed illa pluralitas rationis non potest accipi a pluralitate reali in essentia diuina: ergo, &c.

6. R E S P O N S I O. Circa questionem istam videtur sicut sunt tria: primum est, quid sit attributum. Secundum est, quid sit ratio, & quid differre ratione. Tertium est, inquirere de principali proposito. Quantum ad primum, sciendum, quod attributum potest sumi dupliciter: uno modo large, prout attributum dicit aliquid alicui tributum, sicut attribuimus calorem igni, & candorem luci, & sic omnia que conuenient Deo per modum cuiusdam denominacionis, dicuntur attributa, sicut esse infinitum, esse immensum, & sic de aliis. Hac enim, sicut sint id ipsum, quod est essentia diuina, tamen secundum rationem videntur quaedam esse addita, quia denominatio dicuntur: denominatio autem vel plurimum sit a forma accidentali. Et ideo dici possunt attributa largo modo, quasi aliqua aliud tributa.

7. Alio modo dicitur attributum stricte & propriè, perfectio communis Deo & creaturae, sicutem communitate eiusdem analogie, quam intellectus nosferet considerans in creaturis, & ratiocinatio quod nihil est in creaturis ad perfectionem pertinens, quin eminentius sit in Deo, eam Deo attribuit. sicut sunt sapientia, bonitas, & potentia, & sic de quibusdam aliis. & si attributum dicitur, aliquid aliud ex alio tributum.

8. Quales autem sint istae perfectiones, considerandum est, quae sunt in Deo & in creaturis, quae sunt respondentes sibi per oppositionem: ut infinitum in Deo, & finitum in creaturis. Quaedam secundum causalitatem: ut creator, & creatura. Quaedam secundum analogiam, & proportionem: ut sapientia in Deo, & in creaturis. Et idem est de bonitate, & iustitia, & cōsimilibus. Et illa que sunt prima conditiones, & secundae, non dicuntur propriè attributa, vel sicut non faciunt difficultatem, ut patet in questione, sed solum illa, que sunt tertii modi, in quibus deus & creatura conueniunt. Hac autem sunt, quae in sua ratione imperfectio non includunt, nec eam ex sua ratione excludunt. Nam si in sua ratione imperfectio non includerent, non possent Dei conuenire. Et rursus, si eam excluderent non conuenirent creaturis, in quibus semper est adiuncta imperfectio perfectionis. Patet ergo primum, scilicet quid sit attributum.

9. Q V A N T U M ad secundum, notandum est, quod ratio uno modo dicitur diffinitorio: unde 4. Metaphys. dicitur, quod diffinitorio est ratio, quam significat nomen. Et differre ratione, est differre diffinitorio: & quae sic differunt ratione, differunt etiam re: quia diffinitorio est ratio indicans quid est res. Secundo modo dicuntur aliqua differre ratione, propter solam negationem intellectus apprehendens id, quod est unum realiter, sub pluribus modis, vel habitudinibus: sicut eadem columnam dicimus nunc dextram, nunc sinistram. Et sic ratio non est aliud, quam